Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Historiae evangeliae libri quattuor - Cod. Aug. perg. 217

Iuvencus, Gaius Vettius Aquilinus

[S.l.], [9./10. Jahrh.]

Explicit Evangeliorum liber IIII

urn:nbn:de:bsz:31-67026

Visual Library

Occurrere ille uotis sponsalibus omnes
Ornatu accincte tedarum flammi comantum
Sed sapiens pars illa sibi quo lumina flamme
Susciperet portare simul curabat oliuum
Stultarum uero non est prudentia talis
Cumque moraretur sponsus tum membra sopore
Soluuntur cuncte per conpeta latae uiarum
At noctis mediam clamor crebrescere magnus
Exoritur lacteoque dehinc occurrere uoto
Admonuit tedisque uias ornare coruscis
Surgere uirginibus properatim & lumina tedis
Instruere & flammas pingui conponere oliuo
Tum stolide rogitant olei sibi cedere partem
Prudentes secum quod tum gestare uidebant
Sed quo sapiens pauitat chorus omnibus aeque
Nec desint clarae nutrimina pinguia flamme
Ex paruo aequalis sidetur portio cunctis
Tunc pergunt stulte liquidum mercantur oliuum
Dum pergunt lacte trans currunt omnia pompe
Et sponso tantum comitatur factio prudens
Aduenium brute sero post tempore segnes
Et sponsi pulsare fores & limina clausa
Nequiquam geminant precibusque ingrata frequentant
Vt liceat miseris penetrare in limina lacte
Illas non comitum sponsi cognoscere quisquam
Non ipse sponsus uoluit uigilate timentes
Aduentus uobis quod non est certior hora
Sicut enim longas cui contigit ire profecto
Interras credens seruis tractanda talenta
Vni quinque dedit duo coepit & alter habenda
Tertius unius curam tractare talenti
Suscepit uires quo diuersa merentur
Sed maior quis est concredita portio nummi
Certatim duplis auxerunt inque crementis
Ille sed unius cui credita cura talenti
Telluri infodiens seruat sine fructibus aera
Iamque aderat presens dominus cum primus & alter
Se geminasse illi pariter concredita monstrant
Illos laudat herus potioraque credere tante
Promittit fidei sed tertius ille refodit
Et domino reddit tali cum uoce talentum
Quod scibam domino me met seruire seuero

Qui me terre segetes alieno semine cretas
Extimui argentumque tuum concredere terrae
Malui quo saluum semper tibi reddere possim
Tum dominus famulo responsis talibus infest
Si nescire meos audires dicere mores
Nequitie tante ueniam concedere possem
Hoc igitur gnarum potius pres tare decebat
Vt fructum nobis tractata pecunia ferret
Quapropter segni tollatur portio nostri
Prudentique dehinc detur possessio maior
Quem duplis cumulasse lucris meae quinque talenta
Inueni namque est certum potiora mereri
Quis res uberius cumulate sortis habundat
At cui parua subest segni substantia corde
Id minimum penitus iuste tollatur ab illo
Et nequam seruus tenebras demersus adimas
Perpetuos fletus poenae stridore frequentet
k En hominis natus ueni et patriisque ministris
Stipatus celsa iudex in sede sedebit
Tunc gentes cuncte diuersis partibus orbis
Conuenient iustosque omnes delabe malorum
Secernet dextraque libens in parte locabit
At prauos leua dispectos parte relinquet
Vt pastor pecoris discernet pascua mixti
Iani geris dexteri permittens mollia prati
At leuos hirtis dum os tondere capellis
Sed rex ad dextros conuersus talia dicet
Huc ueniant sci iam dudum debita sumant
Dona patris mundi que sunt aeque ua nitentes
Et iustis primo promissa parantur abortu
Namque fame fessum quondam me grata refecit
Haec plebis potuque sitim mihi sepe remouit
Hospitiumque domus patuit mihi sepe uocato
Et nudus uestis blandissima tegmina sumpsi
Carceris et poenis horum solatia coepi
Tum dno tali respondent uoce beati
Non meminit nostrum quisquam te uisere nudum
Nec fame obpressum dura ditione notauit
Carceris aut poenis meminit uidisse reuinctum
Respondens illis dicit tum talia iudex
Fratribus ista meis humiles miserando labores
Qui fecit certum est dulcem mihi ponere fructum

At uos iniusti iustis succedite flamis.
Et poenis semper mentem torrete malignam
Quas pater horrendi parathri per stagna profundi
Demonis horrendi socius ipsi q. paravit.
Namq; sit impasso quondam mihi pocula nulla:
Nec famis in poena parui miseramina panis
Aut peregrina mihi tecti uestis ue parum per
Tegmina de magnis gracili pro parte dabant.
Carceris aut septo claustris morbo que iacenti
Ymquam uisendi solacia uestra fuerunt
His dam nata dehinc respondit factio uerbis.
Haut equidem nostrum meminit te uisere quisquam.
Aut sitis aut saeue famis aegrum agitare laborem.
Hospita uel fessis errare per oppida rebus.
Carceris haut mersum poenis morboque grauatum.
Vt tibi sollicito fieret miseratio iusta.
His rerum dicit dns cum uestra superbo
Angustis rebus feritas sub corde tumebat.
Calcauitque humiles minimos me spreuit in illis.
Haec ubi dicta dabit meritis sua premia reddet.
Aeternum miseri poena fodientur iniqui
Aeternumque salus iustis concessa manebit.
Talia dum loquitur scissos laceratae capillos
Pro fratris morbo iustis soror anxia curis.
Ortatur iuuenem rapido precurrere gressu.
Casibus ut tantis xps seruaret amicum.
Nam fuerat mulier meritis accepta benignis
Obsequio cuius fratremq; domumq; merentem
Amplexus pleno xps retinebat amore.
Nuntius aduenienis perfert extrema iacere.
Dilectum xpo iuuenem per tristia morbi
Et loeti et uitae confinia summa tenentem
Lazarus hic habuit nomen sed xps amaris
Percussus uerbis non est si creditis inquit
Ad loetum ducens istae uiolentia morbi.
Sed ds ut digno iustis caelebretur honore
Et sobolis hominis sca uirtute nitescat
Tunc ad discipulos tomit iam lazarus inquit.
Sed carum iuuenem faciam consurgere rursus
Aiunt discipuli somno succedere plena
Et remeare salus poterit nec mente sequuntur
Quod mortem somni dixit sub nomine xps.

Errorem quorum tali sermone remouit.
Lazarus in loco cecidit sed gaudia menti.
Hinc ueniunt uestramque fidem mihi fortius armant.
Cernentis absentem longe quod cuncta uidere
Sed properemus ait didimus tum talia fatur
Pergamus pariter que omnes procumbere loco
Cogamur totiens quod gens iudea minatur.
Haec ait et xpo cuncti pre eunte sequuntur.
Iamque aderat xps fuerat sed forte sepulto
Quarta dies mensasque atris de morte tenebris
Germanas luctus lacrimosaque tecta tenebant.
Conuenere illuc solatia debita dantes
Iudeae gentes proceres carique propinqui.
Sed martha audito xpm uenisse cucurrit
Obuia deseruitque domum mestamque sororem
Et pro culo utinam presens uirtus tua nobis
Ad fore ac morti fratrem rapuisset acerbae
Nam quicquid poscit certum est tibi posse uenire
Quam dns tali solatur uoce gementem
Robustam mulier mentem uirtute resume
Lazarus haec uite rediuiua in lumina surget.
Et mulier certe surgent in munera uite
Mortales cuncti ueniet cum terminus orbi.
Xps item sco depromit pectore uocem.
En ego sum clare uobis reparatio uite
In me qui credit mortem deponere sumptam
Et uitam poterit uigi con prendere sedo.
At qui cumque fidem uiuo sub pectore sumet.
Horrida non umquam continget limina mortis
Istic si credis puro sub pectore martha.
Illa dehinc haec una fides mea corda tenebit
Sublimis ueneranda dei quod uenerit inte
Caelestis soboles celso sub nomine xpi
Haec ait et mariam cursu matura sororem.
Interiora petit scm uenisse magistrum
Et pariter luctu oppressam uocitare sororem.
Admonuit tacito designans omnia nutu.
Prosilit illa foras audito nomine xpi
Prosequitur que simul soli morum turbagementem
Credentum tumulo fletur inferre sorores
Illa salutiferum post quam conspexit ihm
Procidit ante pedes rupitque hac uoce dolorem.

Si mihi germanum potuisses uisere uiuum
Lazarus haut poterat dure succumbere morti
Fletibus his xps sotians decor de dolorem
Inquirit tumuli sedem quo condita nuper
Membra forent animae uolucris spoliata cadore
Haut mora demonstrant flentimes toq; sepulchrum
Rupe sub excisa lapidis quod pondere clausum
Ut uidit scs multo mox uecte moueri
Praecipitat martha talis uox uerberat aures
Quattuor en lucis totidemq; ex ordine noctes
Praetereunt quod membra solo conposta quiescunt
Crediderim corpus motu fugiente caloris
Foetorem miserum liquefactis reddere membris
His dictis contra de promittalia xps
Iam totiens dictum e magnis consistere rebus
Credentum uirtute fidem sed gloria summi
Iam genitoris ade fidei si robur habetis
Haec ubi dicta dedit saxumq; in mane repulsis
Obicib; patuit uirtus mox conscia caelem
Suspicit et tali genitorem uoce precatur
Eximias gratias genitor tibi scire fatemur
Me placidus semper uenerandis auribus audis
Sed populus presens me missum credere discat
Haec ubi dicta dedit tumuli mox limine in ipso
Restitit aduerso complens caua saxa clamore
Lazare sopitis redeuntem suscipe membris
En animam tuque ipse foras te prome sepulchro
Nec mora conexis manibus pedibusque repente
Procedit tumulo uultum cui linea texta
Et totum gracilis conecti fascia corpus
Tum solui iussit laetumque ad tecta remittit
Iudaei postquam factum uenerabile cernunt
Quitanti mariam fuerant marthamque secuti
Pars credens sequitur tante uirtutis honorem
Ast alii repetunt urbem procerumque superbis
Cuncta phariseis rerum miracula narrant
Ergo ad concilium scribe plebisque uocatur
Iam grauior numerus quae uatum principis alte
Pulchra caiphe conlucent atria sedis
Illic conplacuit xpm prosternere loco
Sed uitare dies pasche ne plebe frequenti
Discordes populi raperent in bella furo

k Ille simonis erat tectis quem lurida lepra
Virtute ipsius diffugerat ecce iacenti
Accedit mulier propius scmque alabastro
Quo pretiosa inerant lacte flagrantis oliui
Vngenta a summo perfundit uertice xpm
Discipuli increpitant fantes potuisse iuuari
De pretio ungenti miserorum corpora egentum
Has dns prohibet uoces factumque probauit
Desinite obsequio iustam prohibere puellam
Pauperibus semper dabitur succurrere tempus
Sed me non semper tribuet uisere uobis
Funeris ista mei multum laudanda ministrat
Offitio mundumque implebunt talia facta
Tunc e discipulis unus se subtrahet amens domini
Iudas et ad proceres tali cum uoce cucurrit
Quod pretium sperare datur si prodere uobis
Quesitumque diu possim monstrare magistrum
Illi continuo statuunt terdena argenti
Pondera his iudas sceleri se subdidit alto
Iamq; dies pasche primo processerat ortu
Discipuli a xpo querunt ubi sumere pascha
Uellet at ille sibi quendam sine nomine queri
Ultima qui dni caperet mandata iubebat
Uespere sed primo bis sex accubantibus una
Discipulis tali diuinat uoce magister
Enurguet tempus xpm cum prodere morti bf dangu eber
E uobis un scelerato corde uolutat
Continuo cuncti querunt quis talib; causis quem
In sanotantum coepisset corde uenenum
Ille de hinc epulis mecum nunc uescitur inquit
Sed sobolis hominis quondam perscripta subibit
Supplicia ad tempus mis rabilis ille pa euum
Qui iustum dedit quanto felicior esset
Si numquam terris tetigisset lumina uitae
Et iudas grauiter tum conscia pectora pressus
Numquid ait iudam talis suspitio tangit
Respondit dns te talia dicere cerno
Haec ubi dicta dedit palmis sibi frangere panem
Diuisumq; de ihnc tradit sceq; precatus
Discipulos docuit proprium se dedere corpus
Hinc calicem sumit dns uinoq; repletum
Gratis scificat uerbis potumq; ministrat

Et docuitq; suum sed iuisisse cruorem.
Atq; ait hic sanguis populi delicta redemit
Hunc potate me umna mueris credite dictis
Post hec non umquam uitis gustabo liquorem
Donec regna patris melioris munera uitae
Innoua me rursus concedant surgere uina
Ex incantato scis concentib; hymno
Montis oliueti conscendunt culmina cuncti
Talia tum xps depromit pectore uerba
Omnes praesentis noctis uos tempore longe
Disperget misere deserto principe terror
Sic enim scriptum est pastores casibus omnes
In diuersa fugam capient perrura bidentes
Post ubi uita nouos caeli mihi reddet honores
Preueniam uros q; choros genitalibus aruis
Grata galileae uolitans perrura docebo
Respondit petrus cunctos sic redere fas est
Quod tua labentes possint praecepta negare
Sed mea nonumquam mutauit pectora casus
Ille dehinc nox haec quae lucida sidera terris
Inducit lucemq; premens nunc insubat undis
Audi et ut trinis pauidus mendacia uerbis
Dices et xpm fortissime petre negabis
Et prius alitibus resonent quam tecta domorum
At petrus duram mortem mihi sumere malim
Uox oblita suum quam deneget ista magistrum
Has uires cordis perstant promittere cuncti
Nominis hebrei sunt gessamane iarura
Illo progreditur lucis uitaeq; repertor
Circa discipuli iuda fugiente secuntur
Atq; illic reliquos iussit residere ministros
Ipse sed adsumpto longe procedere petrus
Zebedeiq; simul natis per deuia tendit
Tunc angore graui mestus sic uoce profatur
Tristia conuoluens animus mihi pectora turbat
Morte tenus sed uos nunc segnem excludite somnum
Sollicitamq; simul uigilando ducite noctem
Haec ait paulum procedens corpore terram
Deprimit et tali proiectus uoce precatur
Si fas est genitor calicis me transeat huius
Incumbens ualido nobis uiolentia tractu

Sed tamen aduenicet potius quam nostra uoluntas
Quae tibi decreta est tantis sententia rebus
Tunc ad discipulos repedat sed somnus haenellis
Prostratos terre membris dissoluerat omnes
Tunc ait ad p&rum non est mihi ponere uirtus
Vnam per uigilem tantis sub casibus horam
Sed uigilatae precor nec uos temptatio raptos
Horrida precipit et seue per lubrica mortis
Spr iste uiget sed corpus debile labat
Secessit rursus secreti montis in arcem
Orabatque patrem rerum mitissime rector
Hunc quo calicem non est transire potestas
Iam tua prouenicet nra de sorte uoluntas
Rursus discipulos somni subponere pressos
Inuenit & rursus idem genitore precato
Alloquitur fesso nexos languore quietis
Nam uenit ecce meum qui dedat in omnia corpus
Quae maculata meis inponit factio membris
Cum dicto iudas numero stipante caterue
Aduenit procerum iussu populique ferocis
Pars strictis gladiis pars fidens pondere claue
Signa sequebatur iude promissa furentis
Osculae nam pepigit sese contingere xpi
Quo facile ignotum caperet miserabile uulgus
Ille ubi dissimulans blanda cum uoce salutat
Attigit & labiis iusti ~~uene~~ miserabilis ora
Continuo xps totum conplere licebit
Vc uenisse tuo quaecumque est causa paratu
Iniecere manum turbae xpmque prehendunt
Tunc e discipulos unus fulgente machera
Occurrit uatis famulo sublatus in iram
Tempore & excussam rapuit uulneris aurem
Olli xps ait gladium tu ponito noster
Nam quicumque ferox confidit uindice ferro
Hunc iuste similis ferri uindicta manebit
An ego non possem caelestia castra uocare
Et patris innumeras in prelia ducere turmas
Sed scriptura meis conplenda est debita rebus
Vos autem stricto qui me conprendere ferro
Iustibus & gladiis concurritis en ego uobis
Occurri templi media qui semper in arce
Vobiscum residens docui nec talia quisquam
Nam domire licet sociosque reuisere uestros

facultas

In solum tantis circumlatratibus causis
Discipuli passim xpo fugere relicto
Iamq; caifeae steterat saluator in aula
Conuenere omnes scribe proceresq; uocati
At petrus longe seruans uestigia solus
Occulte mestus sedit cum plebe ministra
Extremum operiens tanto subturbine finem
Ecce sacerdotes falsos conquirere testes
Incumbunt fictasq; uolunt contexere causas
Quis mortem insonti possint inpo nere xpo
Sed nullus tanto uisus sa tis ee furori
Ultima prosiliunt teste qui dicere ihm
Audissent templum quod solus uertere poss &
Et uersum trinis iterum instaurare diebus
Ipse sacerdotum princeps urguere tacentem
Insistit feruens furiis ac talia fatur
Cur nihil ad tantas nunc respondere querellas
Conuictus ueris procerum subtestibus audis
Adiurabo tamen summi per regna tonantis
Vt dicas palam si fas e credere xpm
Ille dehinc tali conpellat uoce superbum
Ist haec sola tibi procedunt pectore uerba
Vera tamen ueniet uobis uisenda per auras
Maiestas prolis hominis cum dextera sancte
Virtute adsidet sub nubibus igni coloris
Talibus auditis scindit de pectore uestem k
Insultans furiis et ceco corde sacerdos
Atque ait auditis pugnantis fedae profani +
Relegio & uram cuncti iam pandete mentem
Conclamant omnes mortiq; a dicere
Certant tum sam xpi faciem sputa in proba
Conplent & palmae malis colafiq; in uertice crebri
Insultant uerbisq; om in ludere certant
Xpe prophetabis cuius tibi palma sonaret
At petrum mulier tristem quod uiderat intus k
Tunc etiam iuuenis fueras comes additus inquit
Isti quem ludens procerum sententia
Damnat ille negat tectisq; foris se promere
Temptat ecce se degressum sublimine cernens
Altera consimili prodebat uoce ministris
Rursus ait iurans illum se nosse negabat
Tunc pre cunctantum multi accessere sequentes

uerbado polluta magis consurgat iniras +

Eque sono uoces sese cognoscere dicunt
Cuncta galileam streperent quod uerba loquillam
Et petrus iurans deuotis omnia uerbis
Nescire adfirmans quisquis foret ille negando
Hanc uocem plausu quatiens subculmine fecit
Alis prosequit cantu mentemque simonis
Circumstant tristem uerbis praesagia xpi
Egressumq; dehinc ploratus amarus habebat
Sidera iam luci conce dunt & rapidus sol
Progreditur radiis ter ras trepidantibus implens
Iamq; concilium xpm p terga reuinctum
Presidis ad gremium mag no clamore trahebant
Inter ea celsum dns stans ante tribunal
Talia pilati uerbis ex coepit ihesus
Tu rex iudaeae gentis quod dicitur adstans
Respondit xps uestris haec audio uerbis
Ex interribilis sancti accusatio surgens
Infremit etius tum scelerata facundia pressat
Respondere nihil trucibus dignatus ihs
Pilectus querit quesit tum causa tacendi
Ille magis perstans miranda silentia seruat
Sollemni sed forte die concedere leges
Unum damnati capitis demore iubebant
Et fuit inuinclis fecmoso nomine latro
Quem xpo infensus populus dimittere uitae
Ardebat trucibus somno sed territa uisos
Pilati coniux iusti discedere poena
Mandatis precibusq; uirum suspensa rogabat
Tum iud ex iterum procerum disquirere mentem
Temptat & instanti cuperent quem soluere poenae
Plebis ad arbitrium mitti de lege requiri
Sed proceres populum fusa ambitione rogabant
Latronem legi peterent xpmq; necarent
At postquam procerum incendit sententia uulgus
Latronisque petit potius sibi cedere uitam
Consuluit preses populum quid uellet ihu
Pleps incensa malo sae uos miscere tumultus
Et crucis ad poenas iterum iterumq; petebant
Qui regis nomen cuperet qui cesaris hostem
Confessus sese proprio damnauerit ore
Deniq; uiuictus detestatusq; cruentum
Offitium increpitans se libera sanguinis huius

Corda tenere sibi coramq; acrimine palmas
Abluit ut genti tantum macula illa maneret
Hoc magis inclamant nos nos cruor iste sequatur
Et genus in nostrum scelus hoc & culpa redundet
Pilectus donat plebi legique barabban
Et crucis ad poenam uictus concedet ihm
Proditor at iudas postquam se talia cernit
Accepto sceleris pretio signasse furentem
Infelix egris dampnans suagesia que rellis
Proiecit templo tunc detestans argentum
Ex orsusque suas laqueo sibi sumere poenas
Informem rapuit ficus deuertice mortem
Inde sacerdotes pretium quod sanguinis esset
Inlicitum fantes aditis iam condere templi
Quod daretum licuit cum sanguis distraheretur
Credebant agrum mercati nomine uero
Sanguinis horrendo signant scelera impia facto
Haec quondam cooperta canens uox uera prophete
Euentu rerum patefecit in ordine saecli
Argenti triginta minas posuere profani
Hoc precium pretiosi corporis instituentes
Quod mox ad figuli rursus transfertur agellum
Traditus est trucibus iustus scelerosisque ministris
Militibus scelerata ludibria corpore perfert
Purpureamque illi tonicam clamidemque rubentem
Inducunt spinisq; caput cinxere cruentis
Inque uicem sceptri dextram comitatur harundo
Tum genibus nixi regem dmq; salutant
Iudeae gentis faciemque lauere saliuis
Uertice & in sco plagis lusere nefandis
Haec ubi transegit miles ludibria demens
Indutum propriae ducebat tegmine uestis
Et crucis ad poenam scm iustumq; trahebant
Ecce sed egressi quendam coepere simonem
Cyrrina genitum lignumq; adferre lubebant
Quod dnm lucis uissis suffigere seuis
Instans urgue bat saecli inmutabilis ordo
At postquam uentum est ubi ruris golgotha nomen
Per mixtum felli uinum dant pocula xpo
Ille sed in summo gustu tractare recusat
Ut sectis antiquis fierit per talia dictis

Nec tamen insultans hominum fur pro omnia possit
Iamque crucifixum pendebat in arbore corpus
Vestesq; milites quattuor pascuntur in partes
Intacteq; dedit tunice sub sorte per omnes
Militis unius seruans possessio textum
Et scriptum causae titulum meritique locarunt
Quod rex iudeae plebis gentisque fuisset
Accidit ut pariter poena consortia ferrent
Latrones hinc inde duo sed caeca furentes
Insultat plebis fix ouae sania xpo
Hic est quitemplum quitemplum poterat dissoluere solus
Hic est quitrino lucis reparare mea tu
Sed nunc discendat sub olis uene rcondae tonantis
Et crucis e poena corpusque animamq; resoluat
Haec uulgi proce res uecordes dicta sequuntur
At pharisei scribeque et factio demens
Inludunt motu que caput linguamq; loquellis
Insani squatiunt aeternae aduincula poenae
Nonne alios quondam trucibus exsoluere poenis
Morborum uinclis proprias cur uincere poenas
Non ualet et regem nostrae quem credere gentis
Debuimus soluat ligni de robore corpus
Tunc scis dignae poterimus credere signis
Confidit genitore dō dimittere poenas
Cur propriam non uult sobolem ueneranda potestas
Nec minus increpitant dextra leuaq; gem tes
Adfixi crucibus sceleris pro sorte latrones
k Iam medium cursus lucis conscenderat orbem
Cum subito ex oculis fugit fur uisq; tenebris
Induitur trepidumq; diem sol nocte recondit
Astubi turbatus nonam transegerat horam
Consternata suo redierunt lumina mundo
Et xps magna genitorem uoce uocabat
Hebreae in morem lingue sed nescia plebis
Heliam uocitare putat tum concitus unus
Cogebat spungo turpi calamoque reuincto
Inpressum labiis acidum potare saporem
Cetera turbae furens talicum uoce cacinnat
Spectemus pariter caelo ne forte remissus
Helias ueniat celsa qui sede quiescit
Liberet et misero confixum stipite regem
l Tum clamor dni magno conamine missus

Aetheriis animam comitem commiscuit auris.
Scinduntur pariter sci uelamina templi
Carbcosaque ingeminas partes disrupta deiscunt
Et tremebunda omni concussa est pondere tellus
Dissiliuntque suo rupte depondere cauies
Tum uerum monumenta uirum patuerere uulsis
Obitibus iusteque anime per membra reuerse
Et uisum pcessim populi per moenia late
Errauere urbis sic terrent cordapauore
Militibus primis quaticentur corda pauore K
Dedita quiseue seruabant corpora poene
Et sobolem dixere dī xp̄m que fatentur
Et speculis matres miracula tanta tuentur
Om̄ obsequium xp̄o que ferre solebant;
Iamq; recedenti uesper succedere soli
Coeperat & procerum solus tum iustior audet
Corpus ad extremum munus deposcere xp̄i
hic ab arimathia nomine gestabat ioseph
Qui quondam uerbis aures prebebat ihū
Pilectum tunc ipse rogat sibi cedere membra
Quis nuper tulerat uitam uis horrida poenae
Concessit praeses sed corpus fulgida lino
Texta tegunt saxique nouo componitur antro
Limen concludunt inmensa uolumina p&rae
Speculis seruent matres & cuncta tuentur
Iamque dies rutilo conplerat luminae terras K
Oticc quisemper prisca de lege iubebat
Nullcc sed inmitis procerum furor oticc seruat
Conuenium onerant q; simul sic iudicis aures
Erroris laqueos iustissima poena resoluit
Nunc menisse decet quō planus ille solebat
Vulgarisem per iactans promittere plebi
E mortis sese tenebris ad lumina uitae
Cum trino solis pariter remeare recursu
Sed p&imus custos miles noua funera seruet
Ne fere discipulis furcendi audatia corpus
Consurgat turb&q; recens insania plebem
Et pilectus ad haec miles permittitur inquit
Seruare ut uultis corpus tellure sepultum
Conueniunt in saxiq; ingentia pondera uoluunt
Et limen signis & saxum milite seruant
Sidercc iam noctis uenturo cedere soli

Incipiunt tumuli matres tum uisere septum
Concurrunt motus sed terra protinus omnes
Concutit & celo lapsus discendit aperto
Nuntius & saxum tumuli de limine uoluit
Illius & facies splendet ceu fulgoris ignis
Et niuis ad speciem lucent uel comina uestis
Militibus terror sensum discluserat omnem
Et iacuere simul ceu fusa cadauera leo
Ille sed ad matres tali cum uoce profatur
Uestra pauor nullus quatiens nunc corda fatiget
Nam manifesta fides scm uos querere corpus
Quod crucis in ligno scelerata insania fixit
Surrexit xps & erna [illegible] lumina uitae
Corpore cum sco deuicta morte recepit
Uisere iam uobis licitum est quod sede sepulchri
Nulla isti iaceant fuerant que condita membra
Dicite preterea celeri properoque recursu
Discipulis xpm remeasse in luminis horas
Inq; galileam laetum precedere terram
His dictis uisisq; animos perfunderat ardens
Laetitiae ad tonitus stupor ancipitique pauore
Denique precipiti caelerontes gaudia cursu
Talia discipulis referunt tumulumq; relinquent
Ecce iteris medio clarus se ostendit ihesus
Et fideos matres blande saluare iubebat
Accurrunt ille & genibus plantisq; prehensis
Victorem leti pauide uenerantur ihm
Talibus ille dehinc preceptis pectora firmat
Mentibus absistat fidei pauor omnib; ist aec
Fratribus en nostris propere mandata refertae
Nostri conspectus sicura est [illegible] uolentes
Inque galileam propere transcurrite terram
Interea tumulo cus todum & terri ta corda
Mittunt enumero partem que tanta referet
Iudeis rerum miracula sed manus amens
Iam semel insano penitus deuota furori
Premia militibus certatim magna rependit
Et famam argento redemit quod limine rupto
Furtim sustulerit corpus defensa tenebris
Occulte recipiens audatia discipulorum
Iamq; galileos conscenderat anxia montes
Mandatis xpi concurrens turba suorum

Cernitur ecce suis prolis uene randa tonantis
Illum procumbens scāe chorus omnis adorat.
Nec tamen incunctis pariter fundata manebat
Pectoribus uirtus: nam pars dubitabat eorum:
Tunc sic discipulos clarus conpellat ihs.
In caelo & terris genitor mihi cuncta subegit.
Me pater est uobis dignatus mittere lucem:
Gentib; haut alit nunc uos ego mittere cunctis
Institui: uestrum est cunctas mihi iungere mentes.
Pergite & ablutos homines purgantibus undis
Nomine subscō patris natiq; lauate.
Uiuifici parit̄ current spiracula flectus.
Ablutisq; dehinc nr̄a insinuate docentes
Precepta ut uitā possint agitare per ennem.
Nec uobis umquam nr̄i presentia deerit.
Donec consumens dissoluat secula fines.
Has mecc mens fidei uires scīq; timoris.
Coepit. & intcentum luc& mihi gratiae xp̄i
Uersibus ut nostris. diuinae gloria legis.
Ornamenta libens caperet terres tria linguae
Ha& mihi pax xp̄i tribuit pax ha& mihi sedi;
Quam fou& indulgens terre regnator aperte
Constcentinus ad est cui gratia digna merenti.
Qui solus regum sacri sibi numinis horr&
Inponi pondus quo iustis dignior actis;
Aeternam capiat diuina in secula uitam

GUETTI AQUILINI SIUE IUUENCI PR̄BI
EUANGELIORUM LIBERIIII EXPLICIT;

Domino meo scō ac uenerabili patre macedonio pr̄biro sedu
lius in xp̄o scclutem. Priusquam me uenerabilis pater
operis nr̄i decurso uolumine censura thetrice forsan seue
ritatis obiurges. Utpote qui nulla ueteris scientiae preroga
tiuae suffultus tam inmensum paschalis pelagus maiestatis
& uiris quoque peritissimis formidandum Pecrua tyrolin
tre cucurrerim huius ccpudte facti causas & purgem uitium